Fragmentarium

coniugata appellamus. alia ex genere. alia ex forma. Alia ex simili
tudine. alia ex differentia. alia ex contrario. alia ex coniunctis. alia
ex antecedentibus. alia ex consequentibus. alia ex repugnantibus. alia
A coniugatis — ex causis. alia ex effectis. Alia ex comparatione maiorum. Apud paruium
aut minorum. Coniugata dicuntur quae sunt ex uerbis generis eiusdem; Eius
dem autem generis uerba sunt quae orta ab uno uarie commutantur. Ut sapi
· ϹΥΝΖΥΓΙΑ · — ens. sapienter. sapientia. Haec uerborum coniugatio. ϹΥΝΖΥΓΙΑ dicitur
Ex quo huiusmodi est argumentum. Si compascuus ager est ius est conpascere.
A genere per ... — A genere sic ducitur argentum omne mulieri legatum est. non potest ea pe
cunia quae numerata domi relicta est non esse legata. forma enim a genere quo
ad suum nomen retinet numquam se iungitur. Numerata autem peccunia no
men argenti retinet. Legata igitur uidetur. A forma generis quam interdum
A forma — quo planius accipiatur partem licet nominare hoc modo. Si ita fabiae pec
peccunia legata est a uiro. si ei uiro mater familias non esset. si ea in manu non
conuenerat. nihil debetur. Genus est enim uxor. Eius duae formae sunt. Una
matrum familias. Hae sunt quae in manum conuenerunt. Altera earum quae tan
tummodo uxores habentur; Qua in parte cum fuerit fabia legatum ei non uidetur.
A similitudine — A similitudine hoc modo. Si aedes heae ex se (t exse) corruerunt. uitiumue faciunt.
quarum usus fructus legatus est heres restituere non debet. nec reficere
Non magis quam seruum restituere. si is cuius usus fructus legatus esset deperisset.
A differentia — A differentia. non si uxori uir legauit argentum omne quod suum esset. idcirco quae
in nominibus fuerunt legata sunt. Multum enim differt in archane (an) positum sit
A contrario — argentum. an in tabulis debeatur. A contrario autem sic. non debeat ea mulier
cui uir bonorum suorum usum fructum legauit. cellis uinariis et oleariis plenis
relictis. putare id ad se pertinere. Usus enim non abusus legatus est; Ea sunt
ab adiunctis — inter se contraria. Ab adiunctis. Si ea mulier testamentum fecit quae se capite
numquam deminuit. non uidetur ex edicto praetoris secundum eas tabulas posses
sio dari. Adiungitur enim ut secundum seruorum secundum exulum secundum puerulorum (t paruulorum)
tabulas possessio uideatur ex edicto dari. Ab antecedentibus autem et consequentibus et
ab antecedentibus

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 1_2v – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50567)